2853 cippulus calce opertus MET. Praeneste (in) maiore templo in atrio BVD., in palatio episcopi SMET., *alla canonica dietro alla cisterna* COLVMNA.

FORTVNAE
PRIMIGENIAE
TI · CLAVDIVS
THERMODON · ET
METTIA · M · F
LOCHIAS · EIVS ·
SIMVLACRA · DVO
SPEI
COROLITICA · D · D

Budaeus apud Metellum Vat. 6039 f. 352 et apud Pingonium f. 83; ipse Metellus Vat. 6040 f. 43' vv. 1—5 tantum descripsit festinans; Smetius ms. Neap. p. 103, apud Waelscapplium f. 57, ed. 30, 4 (inde Grut. 76, 9); a Smetio tam Pighius cod. Luz. p. 80, cod. musei f. 28 quam Manutius orth. 520, 1 (ex hoc Fonteius de Caesiorum gente p. 123); Ligorius Neap. lib. 35 p. 212; Columna ms. f. 166; Borghini ms. p. 144. E Grutero Suaresius Praen. p. 44 (ex hoc Vulpi Lat. 9 p. 122); Petrini p. 301 n. 19; Orelli 1758.

4 THERMODON·EI Col., THERMODONT·ET Lig., THERMODONITE litteris NI postea inductis Metellus. — 5 METTIA Met. Col., MELTIA Borgh. qui adscripsit 'sic est in exemp(lo)', MELTIA Bud., METIA Smet. — 6 LOCILIAS Borgh.

Ti. Claudius Thermodon, qui in Etruria prope Ficulle sacra fecit et Dianae (*notizie degli scavi* 1883 p. 162) et Soli invicto Mitrhae (Grut. 34 post n. 5 = huius corporis vol. VI n. 3723, cuius inscriptionis hodie quoque Ficulle extantis Bormannus habuit ectypum), num idem sit, nescio. — 8 corolitica videntur dici signa ex marmore corolitico (Plin. h. n. 36, 62).

2854 basis parva quattuor (sic VISC. ms. PETR.) laterum (*piedestaletto di forma conica; sopra dovea essere qualche statuina o voto, e vi è come un incavo* MAR. f. 279) inscripta habens duo latera vicina; *i caratteri sono mal fatti e quasi con chiodo, e furono rubricati* MAR. f. 279. Nuper Praeneste rep. MORC. (a. 1780); rep. Praeneste anno 1778, apud Iacobellium MAR. f. 278; rep. Praeneste *in faccia a S. Rocco, ove è la vigna Pignatelli* VISC. (ms.). *Regalata all' avv. Petrini in Roma* MAR. f. 279; apud Petrinium extabat, cum is librum suum ederet, i. e. anno 1795. — Romae apud Kellermannum IAHN. Deinde fuit Firmi in museo de Minicis; nuper tamen ibi frustra quaesivit Mommsen.

a	b
pRO · SALVT	F · P · PR
C · CAESARIS	THESIS
AVG · GERM	Q · COSIDIVS · TERTIVS
ET · REDITV	D · D ·

Anonymus (is qui solus servavit n. 2875) apud Marinium Vat. 9127 f. 278; ipse Marini Vat. 9127 f. 279, Arv. p. 589; Morcelli de stilo inscr. (1780) p. 470, ed. 2 II p. 322; E. Q. Visconti sched. Paris. 7 f. 221, cod. Paris. Lat. 9697 f. 45, *museo Pio-Clementino* tom. II (ed. Mil. 1819) p. 88; Petrini p. 295 n. 8; Iahn specimen epigr. p. 50 n. 3; R. de Minicis *iscrizione Fermane* n. 666. 667; Mommsen descripsit anno fere 1846. Orelli n. 1759.

a 1 PRO Morc. Petr. Visc., //RO Mar. f. 279 et Momms., RO Mar. f. 278, IO Iahn. — 4 EI Mar. f. 279, FL Momms. — *b* 3 TERTIV Iahn.

[P]ro salut(e) C. Caesaris Aug(usti) Germ(anici) et reditu F(ortunae) P(rimigeniae) Pr(aenestinae) thes(aurum) i(mpensa) s(ua) Q. Cosidius Tertius d(ono) d(edit). Sic Marinius Arv. l. c. et de Rossi *bull. dell' Inst.* 1876 p. 37; sed THESIS num recte ita explicatum sit, videtur posse dubitari. Mommseno *thesis* est positio vel depositio, referenda fortasse ad dedicationis formam propriam cum sortitione coniunctam.

2855 intra coronam ex lapide calcareo (*pietra della montagna di Palestrina*); *nella parte interiore la corona si vede essere di fettucce avvolte a spira, dalle quali partono foglie di acanto; nel prospetto si vedono fiori, e tra i fiori de' bucherelli entro i quali erano i smalti che rappresentavano gemme* MARCHI. Praeneste repertam museo Kircheriano dono dedit Aloysius Vescovali.

FORTVNA · PRIM·
sic L · DCVMIVS · M · F
DON · DED ·

Descripsit Henzen, unde est huius corporis vol. I n. 1133; denuo descripsit Gatti; idem misit ectypum. Ad ectypum delineavit Ritschl priscae Lat. mon. epigr. enarr. p. 30, qui praeterea tractavit mus. Rhen. 16 (1861) p. 601 (= opp. 4 p. 479). Primum edita est in ephemeride *Civiltà cattolica* ser. III vol. 8 (1857) p. 364, ubi laudatur Marchius. Habent praeterea Ruggiero catal. mus. Kirch. p. 14 n. 44; Garrucci syll. n. 585.

3 DED· est in lapide, non, quod Garruccius voluit, DEDIT.

Decumii multi sunt in inscriptionibus sepulcralibus antiquissimis infra editis.

2856 basis marmorea. Praeneste PIGH. Praeneste per urbem SMET. (ms.). Praeneste reperta sed postmodum in calcem redacta SMET. (ed.). Praeneste in caemeterio SVAR. *Ora vedesi nel giardino baronale* CECC. Ibi adhuc.

in latere intuentibus sinistro:

urceus
DEDICATVM
IV · IDVS · AVG
10. Aug. 179 IMP · COMMODO · II
ET · MARTIO · VERO · II
COS

PIETATI
FORTVNAE · PRIMIG
VOTIS · SVSCEPTIS
SALVIS · AVGVSTIS
M · AVRELIO · ANTONINO · ET
L · AELIO · AVRELIO ////////// patera
FORTVNATVS · VERNA
DISP · EORVM ·
ET · AVRELIA · RESTITVTA · LIB
L · D · D · D · D · D

Descripsit de Rossi, recognovi ipse post Mommsenum. Primus videtur descripsisse Pighius cod. Luz. p. 104 solam inscriptionem frontis, cod. musei f. 27. 28 tam inscriptionem frontis (f. 27) quam lateris (f. 28), sed hanc adnexam ad n. 2865. A Pighio habuit Smetius, qui inscriptionem frontis posuit ms. Neap. p. 104, apud Waelscapplium f. 57', ed. 30, 17 (inde Grut. 76, 8; a Smetio Manutius Vat. 5246 fascic. 5 p. 11), inscriptionem lateris ed. 30, 3 adnexam ad n. 2865 (inde Grut. 77, 3; ex hoc Orelli 883). Postea inscriptionem frontis descripsit Anonymus Barberinianus f. 244' (inde Suaresius Praen. p. 41; ex hoc Vulpi 9 p. 121). Et frontis et lateris inscriptiones Cecconi p. 184; Petrini p. 299 n. 14; Marini ms. Vat. 9127 f. 288.

6 erasum est nomen Commodi. — 9 SVSCEPTA (pro RESTITVTA) Pighius cum suis. — In inscriptione lateris v. 4 AVRELIO·VERO Smet.

2857 Praeneste ante cath(edra)lem ecclesiam ad fontem SMET. PIGH. f. 28. Nuper denuo prodiit in ecclesia cathedrali *diruendosi un' altarino del secolo XVI.* — Romae in S. Agnete MAZ. PIGH. f. 29.

FORTVNAE·
PRIMIGENIAE·
Q · LOLLI · APOLLOPHANES ·
· PATER · ET · FILIVS · ET ·
AVLIA ARCHELAIS ·
VOTO · SVSCEPTO · L · S ·

Descripsit Stevenson. Mazochi f. 93 et Pighius cod. musei f. 29, hi duo ex eodem fonte nobis ignoto; Smetius ms. p. 102, apud Waelscapplium f. 57, ed. 30, 5 (inde Grut. 77, 2); Pighius cod. musei f. 28; Ligorius Neap. lib. 35 p. 212; Panvinius Vat. 6035 f. 1'; Borghini ms. p. 147. Ex Grutero Suaresius Praen. p. 44; Vulpi Lat. 9 p. 123; Cecconi p. 54; Petrini p. 303 n. 25. Postquam nuper lucem vidit, edita est *notizie degli scavi* 1882 p. 302.

3 in. sic Stevenson, Q reliqui. — 5 ACHELAIS Smetius, male.